



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

De intentione communicantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

## DE INTENTIONE COMMUNICANDI.

INTER cætera quæ præparationi sunt necessaria, principem ferè locum habet recta Intentio, & finis propter quem communices. Potest enim hic & bonus esse & vitiosus. Fines verò quos rectè nobis propositos habere possumus, hos numerat S. Bouauentura,

1. Ut arctius copulemur cum Deo.
2. Ut hoc Sacramento, quasi medicina ab animi merbis conualescamus.
3. Ut quæ Deo tenemur, reddamus debitum.
4. Ut rebus aduersus liberemur.
5. Ut cernum aliquod à Deo donum impetremus.
6. Ut gratias referamus beneficijs Dei. Cum nihil sit, quod illi, gratius offerre possumus.
7. Ut laudemus Deum & Santos, quod hoc sit sacrificium laudis.
8. Ut adiuuemus proximos viuentes, mortuosque.
9. Ut accipiamus spiritum Christi, per quem viuamus cum illa humilitate, charitate, obedientia, paupertate spiritus, mortificatione corporis, contemptu mundi, quibus olim Christus vixit.

Alique

## COMMUNIONE.

67

totque hic sit sinius præcipuus.

10. Ad memoriam faciendam passio-  
nis Christi ut in Euangelij & à S. Paul-  
lo iubemur.

11. Ut Deo gratum præstemus officiu-  
mum qui vehementer desiderat esse nobiscūs,  
ut hinc eius voluntati satisfaciamus.  
Cum hoc fine coniungi etiam possunt  
omnes suprà positi.

## DE DEVOTIONE.

**L**abora, dum communicaturus es,  
ut commouearis sensu quodam in-  
timi pietatis, seu deuotione, ut vocant,  
actuali. Id fieri, si consideres Dei immē-  
ritatem, & tuam indignitatem: quæ tibi  
ille beneficia dederit, quibus tu illū ec-  
catis offenderis. Formabis igitur te ani-  
mo in speciem filij Prodigii, aut Publi-  
cani, aut mulieris, quæ in adulterio de-  
prehēsa, redit ad nuptiū veniā petitura.  
Præter omnia excitabit te cogitatio de  
magnitudine amoris Dei in Creaturā.  
**QVATVOR. QVÆ S. MECHE-**

*tildis considerabat communicatura.*

**P**rimo, magnū Dei amore, quo ille  
de se ab omni æternitate cogitasset,

2. Quod se creasset, cù sciret tam ingra-  
tam illam suæ Majestati futuram.

3. Quod voluisset mori in cruce, & san-  
guine suo transfacere pro suis peccatis  
æterno latxi.

4. Quod

68 DE FREVENT.

4. Quod ex amore ipsius voluisset manere in hoc Sacramento, ut pasceret illum sua carne, & mundaret suo sanguine.

DE FAME HVIS  
Sacramenti.

**M**Agna huius Sacramenti fame affici deberemus, & proper eam in eo usurpando frequentes esse: cum non minus hic sit verus & proprius animi pastus, quam eius venenum fuerit pomum vetitum. Excitat famen harum quatuor rerum consideratio.

1. Necessitas nostra, in qua sumus.
2. Imitationes Christi, & mingi si non accedamus.
3. Desiderium Sanctorum id optandum.
4. Fructus huius Sacramenti.

FRUCTVS S. EV-  
charistie.

PRIMO remittit peccata praeterita, quae obliuione exciderunt.

2. Confirmat aduersum futura.
3. Debilitat vitiosos animi impetus.
4. Tentationes minuit.
5. Ad pietatis studium incitat.

6. In-